

CAEREMONIALE
EPISCOPORVM
I V S S V

CLEMENTIS VIII.
PONTIFICIS MAXIMI
nouissimè reformatum.

*Ac denuo erratorum castigationibus suis locis restitutis
purgatiore stilo editum.*

OMNIBVS ECCLESIAS, PRÆCIPVE
autem Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegia-
tis perutile, ac necessarium.

CVM INDICE CAPITVM.

de La Libreria del Colegio
de La Compl. de Segovia de
Salamanca.

Dijo.



ANGUSTIAE AVANTORVM

M D C I I.

Cell. Soc. IESU Salam. ex dno m. H. 1750.



PLVSTRISSIMO,
GENESEV BERNARDI S. ILLMO
AUGUSTINO DOMINOCARDO BRONZI
TAVRINENSIVM ARCHIEPISCOPO
MERITISSIMO.

Ioan. Dominicus Taritus humilem reverentiam.



X quo tempore (Amplissime Antistes) Summi Dei prouidentia in huius celeberrimæ Prouincie Ecclesiarum regimine assumptus fuisti, ea ratio, vitæ meæ instituto dignior esse mihi vñquam visa est, quam ea omnia, quæ ad pietatem in animis mortalium excitandam, aut ad diuini cultus augmentum, nitorem, pariter & splendorem attinent, si in officina mea, aut meo studio hic denuo excudenda essent, tibi vni dicanda decernerem, nimirum quod hac nostra etate, ea in te pietas, & religio effulgeat, quæ priscos illos Patres toto orbi terrarum tanto-pere effecit venerabiles. Nihil enim tibi vñquam in animo antiquius fuit, quam ipsa diuini cultus puritas, & ratio; Quippe qui toto conatu, totisq; viribus studeas, vt quæ in Dei templo, circa Alta-

CAERIMONIALIS EPISCOPORVM.

Liber Primus.

DE HABITV, ET ALIIS AGENDIS
per Episcopos nuper electos. Cap. I.

CVM primum aliquis certior factus fuerit se alicui Ecclesiæ Cathedrali, vel maiori à Summo Pôtifice in Consistorio præfectum, siue ille in curia Romana degat, siue ab ea absens sit, statim curabit sibi amplam coronam in capite decenter formari. Tunc, & non prius super vestem inferiorem talarem cum extra domum exhibet induet aliam vestē breuiorēm apertam, ut per scissuras brachia extraхи possint, quod genus vestis Mantelletum vocant. Vester autem huiusmodi, erunt vel ex lana, vel ex camellotto coloris violacei, nullo autem modo sericeæ. Præsentes in Curia induti, ut supra, quam

primum poterunt, adibunt Sūmum Pontificem, & ei gratias agent de sua promotione, merita propria extenuando, & dignitatis gradum amplificādo, seipso, & Ecclesias ipsis commissas humiliter commendando, & tunc è Sanctitatis suę manibus Rochettum accipiēt. Visitabunt deinde singulos Illustrissimos, & Reuerendissimos S. R. E. Cardinales in eorum dominibus, eisque officiosè gratias agent, se, & suas Ecclesias illis commendando, & offerendo. Absentes verò se ipsos Rochetto, & vestibus, ut supra induent, & gratiarum actiones, & Ecclesiarum suarum commendationis officium per litteras, tam apud Summum Pontificē, quam apud Illustrissimos,

A & Re-

REGISTRVM:

† A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes sunt Quaterniones, excepto † qui est Terniones.

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Apud Laurentium Vallinum, MDCIL